

THESES 5
INAUGURALES
DESUMPTÆ

EX
UNIVERSA
JURIS-PRUDENTIA,

QUAS

Sub PRÆSIDIO

Prænobilis, Clarissimi Consultissimique Viri ac Domini,

DOM. JOANNIS NABBEN

Juris utriusque Doctoris, inclytæ apud Ubios

Facultatis Juridicæ Professoris ordinarii

ac Dictatoris,

NEC NON

Nobilis Clarissimique Viri ac Domini,

DOM. ERNESTI SALENTINI

WALTHERI CURTII à Golsheim/

Juris Vtriusque Licentiatii & Facultatis

benefatæ Fisci,

Pro Juris Laureâ reportandâ

In publico Juris Auditorio

Ventilandas proponet

JOANNES GODEFRIDUS HAMBLOCH

DUSSELANUS,

Anno 1716. Die 30. Junii,

Horâ consuetâ,

COLONIAE AGRIPPINÆ

Imprimebat VIDUA PETRI THEODORI HILDEN.

THESES
IN A U G U R A L E S
DESUMPTAE

U N I V E R S A
J U R I S - P R U D E N T I A

Ad Lectorem.

Cocta licet recoqui Thesium mos, scripta rescribi,

Materia doctas non variante dapes;

Malo sequens impressa patrum vestigia, flo

Hoc labyrinthæas Juris obire vias;

Ac quasi dilectos prælibat apicula flores,

Præplacet ex omni carpere Jure Theses.

Nausea ne subeat, stomacho sed orexis amanti,

Se variâ gustûs utilitate probant.

Non oculo cursore Theses percurre, sed hære

Lector, ut hærenti dulcior indè sapor.



JOANNES GODEFRIDUS HAMBLICH
D U S S E L A N U S

Anno 1716. Die 30. Junii.

1716. Junii 30.

COLOMNIÆ PUBLI THEODORI HILDEN
Imprimetur

THESES INAUGURALES

E X

Universâ Jurisprudentiâ.

I.

Pater vel Matre officium suum negligente in educando seu erudiendo filio, actio quidem filio non datur, salva ipsi tamen est imploratio officii Judicis nobilis, si verò in peculio adventitio Pater suo jure abutatur, filio non esse denegandam actionem sustineo, sic tamen, ut ejusmodi lites quàm maximè secreto solvantur. *Brumm. ad l. 4. ff. de judice.*

II.

Unâ causâ tantùm in citatione expressa non teneor ad aliam, ut ut similem, respondere, sed excipere possum: ad hanc causam non sum citatus, *Mev. l. d. 176. n. 9.*

III.

Transactionem remedio *L. 2.* subjacere verius est, *Carpz. p. 2. C. 34. d. 1.*

IV.

Minor ex contractu cum consensu curatoris inito læsus omisso remedio ordinario potest intentare extraordinarium restitutionis in integrum, maximè si id ipsum plenius ac pinguius sit, *Struv. de rest. in integ. th. 5.*

V.

Alienatio bonorum minoris interpositis requisitis facta, post elapsum quinquennium adeptæ majorennitatis remedio *d. L. 2.* rescindi valet.

VI.

Minor contra contractum juratum ob læsionem enormem restitui debet, *Christ. vol. 2. decis. 105. & Vol. 5. decis. 225.*

VII.

Doctor Juris minorennis ob lubricam ætatem: non ex ignorantia juris læsus restituitur in integrum, *Odds de rest. min. p. 1. q. 23. art. 7. n. 32.*

VIII.

Quadriennium est tempus ordinarium restitutionis in materia mobilium, in casu autem immobilium oneroso titulo alienatorum, sive decretum intervenerit, sive non est quinquennium, decennium verò, si illa titulo lucrativo translata fuerint, *L. fin. Cod. Si major factus ratum hab.*

IX.

Qui procuratorem reliquit ob absentiam non restituitur nisi in subsidium, in quantum à constituto procuratore indemnificatio haberi non potest, *L. 39. ex quib. caus. major.*

X.

Nemo hodie à necessitate comparendi liberare se potest per cautionem, *Stryck. ad Lauterbach. lib. 2. tit. 6.*

XI.

Exceptio deficientis mandati, licet sit dilatoria, quia processus est annullativa, semper opponi valet, *L. 24. Cod. de procur. & defens. Aliud verò*

A

verò est, si procurator solummodo sit inidoneus, tunc enim ante litem contestatam repelli debet.

XII.

Debitore minoris pro quo scemina intercesit non solvendo existente, scemina S. C. Velley. se tueri non potest, *L. 12. de minor.* ex ratione quòd privilegium minoribus concessum scilicet beneficium restitutionis in integrum sit potentius privilegio mulieribus concessio, *Stryk. de jure privileg. contra privileg. c. 2. n. 49. & seqq.*

XIII.

Judex interrogationes impertinentes ex officio rejicere debet, eique non juridicè interroganti impunè non respondetur, *Brumm. process. crim. c. 17. n. 3. & seqq. L. ad probationem 21. Cod. de probat.*

XIV.

Denuntiatio simplex non inducit accusationem, sed tantum delationem criminis, indè germanicè differunt ein Uebelthat rügen oder anflagen / ut ergo dignoscatur, an sit accusatio, videndum est, an petitio de puniendo crimine adjecta fuerit, *Stryk. ad Lauterb. lib. 48. tit. 2.*

XV.

Quòd reus non teneatur edere titulum possessionis suæ fallit, si actor de titulo docuerit, *Mev. p. 6. decis. 186.*

XVI.

Juramenti delatio & relatio, transactio & restitutio in integrum requirunt speciale mandatum, *Struv. de procurat. th. 34.*

XVII.

Sicut actor instrumenta communia, etiam quibus non est usus, si reo profint, edere tenetur, *L. 1. l. 5. Cod. de edend.* Ita quòque reus instrumenta pro fundandâ replicatione actoris edere debet, *Struv. in evolut. th. 43. fol. 45.*

XVIII.

Obtinens in possessorio, si in petitorio succumbat, non est condemnandus in expensas, *Berlich. decis. 7. citans alios complures.*

XIX.

Licèt quis in foro contractus non reperiat, tamen ibidem conveniri potest, *Arg. l. 19. §. 1. de judic.* nec privilegium de non evocando in foro contractus opponi valet, Jure Canonico tamen & moribus aliud introductum, & forum contractus non est competens, nisi reus ibidem reperiat, *Struv. de jud. th. 42.*

XX.

Si quis simpliciter acceptaverit juramentum sibi delatum, non potest recurrere ad viam probationis ordinariam, secus si sub conditione vel sub modo, *Mev. p. 6. decis. 167.*

XXI.

Delato juramento reo integrum est, an velit jurare, an probationibus conscientiam defendere, *Mev. p. 6. dec. 186.*

XXII.

Actor omnibus probationibus destitutus de Jure communi, non de Julia. censi reo juramentum deferre potest, *L. 35. de jurejur.*

XXIII;

XXIII.

Juramentum calumniæ non excusat à condemnatione expensarum, *Temmen de cit. exp. C. 12. sect. 4. n. 14.* Aliàs sententiâ ob jusjurandum vel judiciale vel suppletorium latâ regulariter expensæ sunt compensandæ, nisi victor plus quàm semiplenè, victus verò nihil probaverit, *Temm. l. cit. n. 3. seqq.*

XXIV.

Tunc mors est loco juramenti, quando juramentum ab unâ parte delatum ab alterâ acceptatum ob supervenientem mortem præstari non potest, si verò disputetur, an ad juramentum admittendus sit nec ne, eoque durante decedat, mors quidem inducit aliqualem præsumptionem pro moriente, non tamen habetur pro vero juramento, *Mev. p. 4. d. 262.* præsupponitur tamen morientem fuisse personam fidedignam, *Muller. ad Struv. de jurejur. p. 1088.*

XXV.

Incausis ordinariis unus testis nullus testis, verum est quoad convincendum; secus quoad gravandum, ut locus fiat juramento purgatorio vel suppletorio, si sit exceptione minor, primum intrat, & ultimum, si sit exceptione major, hinc fluit, quòd duo testes exceptione minores solùm semiplenam; quatuor verò plenam efficiant probationem, *Stryck. ad Lauterb. lib. 12. tit. 2.*

XXVI.

Existentibus & concurrentibus præsumptionibus sufficiunt injurata attestata, *Card. de Luca de dote discurs. 94. n. 5.*

XXVII.

Fœmina, præterquam intestamento, vel si agatur ad privationem beneficii, vel caducitatem Feudi, est idonea testis, testimonium tamen maris testimonio fœminæ semper præfertur, *Stryck. ad Lauterb. lib. 22. tit. 5.*

XXVIII.

Ex nudâ cancellatione solutio vel remissio debiti non inducitur, præsertim si instrumentum reperiatur cancellatum apud debitorem, *Struv. in evolut. fol. 54. citans L. 2. ff. de pactis.*

XXIX.

Sicut sententia ex peritia artificum lata non transit in rem judicatam, *cit. Stryck. ad Laut. lib. 11. tit. 6.* Ita quoque sententia non transit in rem judicatam, si per ocularem inspectionem possit aliud demonstrari, *Stryck. l. cit.*

XXX.

Judex sententiam suam corrigere non potest, *L. 14. l. 25. §. 1. l. 26. de reb. jud.*

XXXI.

Ad fontium communium reparationem illi etiam concurrere tenentur, qui nunquam illis utuntur, *Gail. lib. 2. obs. 56. n. 6.*

XXXII.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, quamvis in Galliâ & plerisque Belgii Provincinciis amplius non obtineat, *Gudelin. de jur. noviss. l. 3. cap. 6. in fin.* Eam tamen in Germaniâ præterquam inter mercatores in viridi observantiâ esse attestantur, *Vogt. de Cambiis litt. E. Stryck. de caut. contract. sect. 3. c. 5. §. 10. Marquard. de jure mercat. l. 3. c. 11. n. 55.*

XXXIII.

Vulneratus meliùs sibi consulit agendo actione injuriarum, quàm L. aquiliæ; illo enim casu ultra damnum injuriam æstimare potest.

XXXIV.

Injuria Doctori Juris illata reputatur inter atroces, *L. 7. sub fine ff. ad Ful. de vi publ. in verbo oratores. Guid. Pap. decis. 88. incip. sed quero ult. sub fin. vers. sed quero si sint.*

XXXV.

Intercessio jurata excludit, *S. C. Vellejanum arg. l. 9. § 28. de jurejur.*

XXXVI.

Fidejussor indemnitas habet beneficium excusationis, tametsi ei jurato renuntiasset. *Carpz. p. 2. c. 17 § 7. Lauterb. de fidejuss. indemn. vol. 1. disp. 13. cap. 7. §. 37. n. 8. seqq.*

XXXVII.

Oblatio verbalis sufficit & reali æquiparatur quoties creditor expressè dicit se nolle solutionem recipere, *Freyer de solut. c. 7. membr. 7. n. 201. secus sitaceat.*

XXXVIII.

Uti precarium quotidie revocari potest, ita & compascuum hoc effectu, ut postea quisque tantum in suo agro pecora pascere debeat, *Coppers pag. 1. decis. 12. aliud est, si jure mutue servitutis compascuum sit constitutum, Mev. p. 1. d. 251. quod ultimum in dubio non præsumitur, Coppers locit.*

XXXIX.

Non Professi stemmatica bona retractui sunt obnoxia.

XXXX.

Contra S. C. Macedonianum bona cautela est, ut mutuans filiosam, litteras feribat ad patrem, & eas legendas duobus testibus tradat; his enim patri prælectis vel aliàs ab eo lectis, si non contradicat statim tenebitur, eodem modo, si mittam ad debitorem duos testes, ut illi dent litteras his lectis, si nihil dicat, obligatus esse censetur, *Arg. L. 16. ff. de S. C. Maced.*

XXXXI.

Fructuum usuræ in particulari judicio nunquam, *L. 15. de usur.* at in universali judicio post litem contestatam perceptorum debentur, *L. 51. §. 1. de petit. hered.*

XXXXII.

Pacto de non præstanda evictione inito venditor tamen re evicta tenetur pretium restituere, *L. 11. §. de act. empti.* Aliàs enim secundum eandem legem tenetur ad id quod emptoris interest, *L. 70. ff. de evict.*

XXXXIII.

Si non constet de obligatione, tunc is, qui aliquamdiu solvit usuras, eas imposterum præstare non tenetur; *L. 82. Cod. de pactis, L. 7. Cod. de usur.*

XXXXIV.

Sorte in duris nummis consistente etiam usuræ in iis solvi debent, *Carpz. p. 2. c. 28. § 14.*

XXXXV.

Si adolescens inops cum puella sub illa conditione: si fidejusseris pro me, sponsalia contraxerit, si puella intercesserit, non poterit uti S. C. Vellejano, cum suum negotium gessisse censeatur, *Hering. de fidejuss. c. 7. n. 461.*

XXXXVI.

XXXXVI.

UXor eandem dotem præsumitur attulisse secundo marito, quam intulit primo, *Brumm. cent. 3. decis. 50.* & filia natu minor regulariter id est: non mutato statu dignitatis, numeri liberorum & divitiarum eandem dotem prætere potest, quam accepit natu major, *Mev. p. 2. § 118.* *decis*

XXXXVII.

Stupratoris hæres ad alimenta spurio tenetur, *Surd. de alimentis tit. 1. q. 34. n. 3.*

XXXXVIII.

Dum constat puellam verbis aut factis hominem juvenem ad stuprum sollicitasse, cum *Berlich. p. 5. concl. 38. n. 31.* sustineo eam dotandam non esse, si verò blanditiis effecerit, ut appellaretur, nihilominus dotanda erit, alioquin semper cavillari possunt, stupratores captos se esse munditie & illecebris puellarum, *Anton. Mathaus de criminib. tit. de adult. cap. 7. n. 19.*

XXXXIX.

Stuprator vitiatæ offerens nuptias non est adstringendus ad eam dotandam, cum obligatio stupratoris sit alternativa dotandi vel ducendi & in alternativa sufficiat adimplere alterutrum, *C. in alternat. 70. de R. J. in 6. l. 55. ad L. Aquil.*

L.

Alias verò stuprata adhuc dotanda est, etsi dotem aliunde, aut etiam conditionem nubendi condignam habeat, *Berlich conclus. 38. n. 36.* quam propter stuprum nullum sentiat damnum, ratio est, quia dies obligationis, quâ stuprator ducere aut dotare tenetur, illico post stuprum commissum cesit & venit, ideòque eâ defunctâ ipsius hæredibus adhuc dotem exsolvendam esse tenet, *Carpz. d. q. 68. n. 38.*

LI.

Imò etiam si stuprator tempore commissi stupri uxoratus fuerit, *Modest. Pistor q. 127. n. 16.* Quod tamen in singulis prædictis casibus fallit, si ab alio jam ante deflorata fuerit, *Anton. Thesaur. decis. 3. n. 3.*

LII.

Quoniam ille, qui ab alio vitiatam vel aliàs meretricio modo viventem in uxorem ducit, remissionem peccatorum promereri dicitur *C. inter opera 20. X. de sponsal. in fin. Panormit. eodem n. 1. vers. contractus matrimonii § versu eas duxerint.* Hinc calumniosum esse illud brocardicum puto, *Der wissentlich eine Hur oder Geschendete nimbt / ist ein Schelm oder will entwieder einer werden / Berlich. decis. 249. n. 12.*

LIII.

Quòd stuprator alternativè teneatur vel ad ducendum vel ad dotandum fallit, si cum stupro matrimonium appromissum fuerit, licet appromissio facta fuerit ex joco vel fictè ad obtinendum consensum in stuprum, *Stryk. disp. de jure persuas. c. 2. n. 66. § seq. Zoef. lib. 48. tit. 5. n. 61. Engel. lib. 4. tit. 1. §. 2. n. 13.* quod etiam fallit in corrupta.

LIV.

Filia, quæ renuntiavit in fratris solius favorem, eo filiabus tantùm relictis defuncto, quoad suam portionem renuntiatam habet regressum: si verò simplici-

pliciter non addito, folius, renuntiasset, manet exclusa, *Abraham à Weesfel de pact. dot. n. 106.*

LV.

Obligationem merè civilem non agnosco cum *Zoes. de oblig. § act. n. 3. § seqq.*

LVI.

Doctor juris dignus est, ut ei nubat Comitissa, *Menoch. de presump. n. 86. Surd. de alim. tit. 1. q. 6. n. 22. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. Gloss. 1. p. 1. n. 98. ubi addit n. 96.* Quòd mulieris nobilitas & divitiæ cum scientia & forma viri compensentur.

LVII.

Debitor certorum nummorum defungitur restituendo bonitatem intrinsecam, quæ fuit tempore contractus, aut quod idem est, si solvat bonitatem extrinsecam, quæ est tempore solutionis, *Carpz. p. 2. c. 28. def. 4. § 5.*

LVIII.

Obligatione sonante, de quinquies mille imperialibus in duris, varjis aureis & argenteis speciebus, nullâ factâ individuali designatione specierum & numeri, debitor defungitur præstando quatuor millia durorum imperialium, nam tunc verum est dicere, quòd solverit quinque millia imperialium & etiam quòd solverit in duris nummis sive speciebus, & ita intelligo *Struv. de reb. cred. th. 27. seqq.*

LIX.

Quòd liquidum ab illiquido separari debeat, non habet locum in materiâ reddendarum rationum, *Munotz. Escobar. de ratiocinat. cap. 21. n. 12.*

LX.

Quòd in vim statuti ultimò superstiti debetur, id testamento nequit auferri, *Hees. loc. comm. p. 2. loc. 16. n. 78. nec legato vel fidei commissio gravari, Carpz. p. 3. c. 7. § 2.*

LXI.

Conditio impossibilis idem est de turpi adjecta matrimonio, si sit contra substantiam matrimonii, illud vitiat, aliàs verò & in dubio habetur pro non adjecta, *Engel. lib. 4. tit. 5. n. 8.* Contra substantiam esse dicitur, si sit contra bonum prolis vel fidei aut Sacramenti, aliud est de sponsalibus, *vid. cit. Engel. n. 15.*

LXII.

Venditor omninò liberum asserens prædium, ratione communium onerum tamen non tenetur emptori, *Cabellin. de evict. §. 5. n. 72. ff. de action. empt. vend. Carpz. lib. 4. respons. 29.*

LXIII.

Si plures rem locaverint, unius indigentia non sufficit, ut conductor possit expelli, *Carpz. lib. 2. decis. 137.*

LXIV.

Conductor expensas temporarias, usuque attrittas, modò sinè illis re conductâ uti non potuerit, repetere potest *Berlich. 2. decis. 250.*

LXV.

Annum utilem actionis quanti minoris in quadriennium & sex menses præfixos redhibitoria in biennium mutatos esse quidam asserunt, *Arg. l. 7. Cod. de temp. sed quia sinè textu, hinc me iudice malè.*

LXVI.

LXVI.

DE jure statuario Juliae & Montium sentio cum Voetz, c. 12. exempl. 21. c. 5. n. 29. in tractat. de jur. revolut. Quod ille, qui in linea recta à primo acquirente descendit, in jure retrahendi non præferatur illi, qui est collateralis primi acquirentis & proximior venditoris.

LXVII.

IN iis, quæ conjuges coacquisiverunt, per mortem unius pro dimidio ad filios devolutis, his decedentibus non intrante jure revolutionis succedet ultimo superstes Pater vel Mater,

LXVIII.

IN concursu creditorum primi creditoris usuræ, secundi creditoris forti præferuntur, *Mev. 8. decis. 464.*

LXIX.

NOtarius conficiens super contractu usurario instrumentum fit infamis, de *Retz. inst. jur. publ. l. 3. tit. 2. §. 9.*

LXX.

FRUCTUS rei legatæ debentur legatario à tempore mortis testatoris, *Bachov. ad Trentl. vol. 2. disput. 13. th. fin. litt. h.* Usuræ verò à tempore moræ, *L. 23. de legat. in quâ etiam hæres constituitur per extrajudicalem interpellationem, L. 36. §. ibi quam interpellaretur, ff. de legat. 1.*

LXXI.

ALIMENTA legata pluribus ad plenam pubertatem usque, masculis ad annum 18. foeminis verò ad annum 14. legata censentur, *Struv. jurisprud. forens. §. 15. de legat.*

LXXII.

LEGATO feudo non debetur aestimatio, excipitur nisi sanguine conjunctæ personæ fuerit relictum feudum, *Arg. l. 10. C. de legat. ibique Brunn. sub. excipitur, nisi hæres pariter fuerit conjuncta persona, nam privilegiatus contra privilegiatum non utitur suo privilegio, Brunn. l. cit.*

LXXIII.

SI legem tibi mille, quos tibi debeo, licet nihil tibi debeam, legatum tamen debetur, secus si dictum sit: *mille, quos tertius mihi debet, tibi lego*, nam tunc actio censetur esse legata, quam, cum non habeam, si tertius mihi nihil debeat, etiam legatum nullum esse debet, *Vinn. ad §. 30. Inst. de legat.*

LXXIV.

CONditio avocans ab omni matrimonio vel religione, habetur pro non adjectâ, non verò conditio avocans ab aliqua religione vel matrimonio in specie, quod tamen limitatur in sequentibus casibus v. g. si matrimonium inieris lego tibi mille imperiales: si verò religionem, centum tantum. 2dò si legem tibi mille sub conditione ducendi sororem meam, tunc si aliam duxeris, & eâ mortuâ velis sororem meam ducere, legatum tibi non debetur. Idem est in casu dotis sub conditione matrimonii promissæ, *Bach. ad Trentl. de success. ab intest. th. 2. lit. A. vers. sed multa &c.*

B 2

LXXV.

LXXV.

DOnans aliquid virgini sub conditione non nubendi, illa conditio, ut ante dictum quia est avocans ab omni matrimonio habetur pro non adjecta, secus verò si fuerit adjecta viduæ, *Heeser de loc. comm. p. 2. loco 25. n. 57.*

LXXVI.

AN, qui feram in suo territorio vulneravit, eam in alio persequi possit, modo id fiat sine sclopeti explosione, sine inflatu corniculi venatorii & absque incitatione canum? vide *Richt. p. 1. decis. 16.* ubi affirmat, Ego consuetudinem patriarum attendendam assevero.

LXXVII.

Possessor b. f. de fructibus consumptis nondum usucaptis quantum locupletior factus, indistinctè tam in iudicio particulari quàm universalis tenetur, *Carpz. p. 3. C. 32. def. 28. in fin. Hartm. Pist. l. 4. q. 26. n. 19.*

LXXVIII.

Legatario moriente antequam dies legato adjectus venerit, legatum tamen ad hæredes ejus transmittitur, *L. 1. ff. de Condit. & demonstr.*

LXXIX.

Quia expressâ prohibitionem opus est hinc non sufficiunt verba testatoris, legata integra præstentur, ut detractio Falcidiæ censeatur prohibita, *Nov. 1. C. 2. §. 2. vers. Si vero.* Si verò hæres promiserit testatori se falcidiam non detracturum, eam detrahere non poterit, *L. 46. ad L. falcid.*

LXXX.

Tamet si testator omnia bona restitui jusserit, fructus tamen restituendi non veniunt, *L. 57. ad S. C. Trebell.*

LXXXI.

Expensæ in sententia omisæ nulla actione peti possunt, nequidem interveniente rescripto Principis, *L. terminato 3. Cod. de fruct. & litis expens.* quare necessario hoc casu appellandum aliàs compensatæ censentur.

LXXXII.

Testamento ipso jure nullo ob exhæredationem legata non corrumpunt, *Nov. 115. c. 3. & 4. in fine.* Quam novellam aliqui etiam ad fratris testamentum extendunt, quibus non assentior.

LXXXIII.

Impossibilis aut turpis conditio ultimis voluntatibus adjecta habetur pro non scripta, *L. 3. ff. de condit. & demonstr.* vide tamen *Bach. ad S. hæres & purè inst. de hæred. instit.*

LXXXIV.

Siquis aliquem specialiter commendaverit, aut dixerit: *Commendo tibi hunc hominem, petoque ut ope & consilio, sique eget, pecuniâ cum adjuves,* vim mandati habet, *L. 12. §. 12. ff. de mand. l. fin. Cod. quod cum eo qui in alien. Carpz. p. 2. C. 18. def. ult. Merz. p. 8. decis. 110.*

LXXXV.

Lis mota non obest præscriptioni, si possessor fuerit absolutus, *Arg. l. 21. ff. de R. vind. l. 9. §. 5. ad exhib. l. 2. §. fin. pro empt. l. 2. pro donato.*

LXXXVI.

Rem vitio reali affectam b. f. possessor spatio 30. annorum usucapere poterit, *Carpz. p. 2. c. 3. def. 16.*

LXXXVII.

LXXXVII.

OB meliorationes dummodo existentia earum non omnino negetur, licet aded liquidæ non sint, datur jus retentionis, *Ziegler decis. 22.* Non excludendum tamen est prudens iudicis arbitrium, *Card. de Luca de legit. disc. 35. n. 47.*

LXXXVIII.

CONditio impossibilis adjecta contractui vitiat contractum, *L. 31. ff. de obligat. & act. L. 7. de verbor. oblig.* Modus verò impossibilis adjectus vitiat & habetur pro non adjecto, *Medin. de justit. & jur. tom. 1. tract. 2. disput. 28. §. impossibilis.* At in ultimis voluntatibus uti dictum tales conditiones sive modi in favorem istius, cui adjectæ sunt, pro non adjectis habentur, *§. Impossibilis 10. instit. de hæredibus institu.*

LXXXIX.

Clausulæ codicillaris optima & brevissima formula est, valeat omni meliori modo, etsi etiam juramentum vim clausulæ codicillaris habeat, *L. 77. §. 23. de leg. 2.*

XC.

SUMptus peregrinationum nec non ad obtinendas dignitates, licet in peculiarem librum redacti sint, non conferuntur, *Stryk, dissert. II. c. 3. §. 11.* Imò etiam debita studiorum causâ contracta vivo Patre, post ejus obitum solvenda esse ex communi hæreditate, rectè tenet idem *Stryk. cit. loc. §. 12.* sive filius doctus evaserit sive non, *Heeser loc. com. p. 2. C. 24. n. 69. & seqq.*

XCI.

QUOD ratione gradûs aut alterius dignitatis vel studiorum causâ promissum, nondumque exsolutum, post obitum parentum commune est debitum omnium hæredum, *L. 1. §. 6. de collat. bon. Carpz. p. 3. c. 11. d. 17. Stryk. cit. loc. §. 16.*

XCII.

SI tamen filius præter necessitatem & conditionem pecuniam prodegerit, excessum & quod in luxum vertit, conferre tenetur, *Muller. ad Struv. de collat. bon. thes. 30. litt. t.*

XCIII.

STUDIOSUS turpiter deferens studia etiam libros conferre tenetur, *Stryk, cit. loc. §. 20.*

XCIV.

NEQUE sumptus convivii nuptialis neque dona propterea accepta conferenda esse tradunt *Carpz. p. 3. c. 11. d. 22. & 28. Vinn. c. 13. n. 1.*

XCV.

TANTUM operatur clausula illa salutaris: *ne generalitas obsit specialitati & contra*, ut creditor, quæ voluerit, bona non excusâ prius hypothecâ speciali impetere valeat, *Stryk. vol. 6. disput. 9. de jure reservat. n. 118.*

XCVI.

B. F. possessor præscribit actioni hypothecariæ ordinario tempore scilicet spatio 10. annorum, *L. 1. §. 2. Cod. Si adversus credit. præscrib. M. F.* possessor hodie nullo tempore, debitor spatio 40. annorum, *L. 7. §. 1. Cod. de præscript. 30. vel. 40. ann.*

C

XCVII.

XCVII.

SOLUTO debito hypothecario creditor ob aliud debitum personale hypothecam vel pignus retinere potest, *tot. tit. C. etiam ob chyrog. caus. pig. ret. Christina v. 4. dec. 169. n. 4. Coler. p. 1. c. 2. n. 258.*

XCVIII.

TERTIUS hypothecæ at non pignoris in specie dicti possessor beneficio excusationis gaudet, *Goed. ad l. 5. §. 1. de pig. §. hypoth.*

XCIX.

DE praxi tertius etiam si b. t. & justo titulo rem consecutus fuerit, tenetur actione de spolio, *juxta can. redingranda Stryk. in notis ad Leuterb. lib. 23. tit. 17.*

C.

RES furtiva in ordine ad pœnam infligendam non ex eo æstimanda, quod fur pro re furtiva accepit, sed ex valore ipsius rei contrectatæ, *Carpz. pract. crim. q. 78. n. 51. const. crim. art. 160.*

CI.

MORIBUS sufficere tradunt, ut voluntas testamento declarata revocetur coram actis aut 7. testibus etiam si non accesserit lapsus decennii, *Gronoweg de LL. abrog. ad L. 27. Cod. de testam. Maynhard. lib. 5. decis. 27.*

CII.

Pœnitentia five restitutio rei furtivæ furem liberat à pœnâ criminali, non verò civili, *L. qui ea mente 65. ff. de furtis.* Imò hoc verum puto, si alius pro fure pecuniam restituat, ex ratione quòd alius pro alio solvere possit, ita ut ille etiam invitus liberetur, *pr. instit. quib. mod. toll. oblig.* Insuper jura favent liberationi delinquentium, *L. absentem 5. ff. de pœn.* unde etiam pro invito tertius appellare potest, *L. 6. ff. de appellat.*

CIII.

ACTIONES dupli vel quadrupli nondum penitus abolevissent, rarius verò ideo intentari, quia homines perfidi plerumque pauperes esse solent, vel quia actores non petunt, aut denique quia judex jus ignorat, *Brumm. ad l. 1. §. 1. ff. de pos. n. 3.*

CIV.

APPELLATIONE interposita partes nondum allegata allegare & nondum probata probare possunt, *L. Per hanc 4. Cod. de tempor. appellat.* Quæ lex à Doctoribus rosa inter spinas vocatur, quia reliqui textus Codicis in materia appellationis parum utilitatis in foro habere solent.

